

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo Commemorationis omnium Fidelium defunctorum. Requiem
æternam dona eis Domine, &c. 1. De mortis memoria. 2. Quàm illa sit
vtilis. 3. De cura pro mortuis. 4. Varia gentium variarum in mortuos ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

vias nos edocete, per quas ambulantes peregrinationem nostram peragamus. Sed ô Sancti felicissimi, iterum nostri mementore, pro nobis intercedite; & quoniam animæ in Purgatorio adhuc detinentur, & oculos suos in vos & nos etiam coniiciunt, vestrae suffragia, & simul nostra efflagitant, nostra vestris vota coniungimus, proque ijs vñanimi oratione, vestre gloriae valedicentes, dicimus. Requiescant in pace.

IN FESTO COMMEMORATIONIS OMNIVM FIDEI
lium Desuætorum.

Partitio.

- I. De mortis memoria.
- II. Quam illa sit utilis.
- III. De cura pro mortuis.
- IV. Variagantium variarum in mortuos cura.

Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpresa luceat eis.

FIGVRA.

Felix ille Princeps Dauid, qui ex humili ouium pastore ad sceptra Iudeæ cœctus est, audito fortissimos Israel vna cum Saule & Ionatha in montibus Gelboe occubuisse, lachrymabundus ac suspirans suos omnes ad ieiunia, suspiria, & lamenta invitabat, singultuque verba interrumpebat huiusmodi lessò desuætorum miseras deplorabat: Considera Israël pro his, qui mortui sunt super excelsum tua vulnerati: Incit, Israël, super montes tuos interfedit sunt: quomodo ceciderunt fortis? Quomodo ceciderunt fortis in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est? Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt armæ bellicæ? ipsius mihi hodie na die facere videor. Audiens enim, acerbo omnes Pontifices, Reges, Princes, tot viros illustres & nobiles, qui in mundo vñquam vixere, fato occubuisse, plorans & ingenuicens, fideles omnes ad plorandum, i-

junandum, & orandum invito, omniumque auribus voce intensa inclamo: Considerate obsecro Christiani pro his, qui ferali mortis iaculo sauciati in cæmeterijs vestris sepulti requiescent. Respice tot nobilitatis insignibus illustres, diuitijs affluentes, doctrina & scientia celebres, qui in tumulis modo iacentes in putredinem & vermes conuersti sunt. Intuemini quot Monarchæ potentissimi, quot mulieres speciosissime, quot nymphæ, quot Helenæ, quot Lucretiae in pulueres & sordes redactæ. in sepulchris vermes, bufones, & viperas sagint? Horum mecum casum deplorate, ieiunia pro animabus eorum vobis indicite, preces pro ijs ad Deum fundite, sacrificia offerri curate, vestrisque suffragijs eisdem succurrите. atque hoc potissimum die, qui omnium fidelium defunctorum exequijs obsequijsque ab Ecclesia destinatus est: dic, quo commune pro omnibus mortuis funus indicitur, quo templorum parietes lugubrem amictum praferunt, campanæ tristem sonum edunt, & quo ipse funebrem pro eisdem orationem facturus huc ascendi. Paracletus Spiritus sua nobis gratia, ac Deipara Virgo suis apud filium precibus adesse digentur, quam Angelica proinde salutatione compellemus.

AVE MARIA.

Salomon ille Regum & mortalium omnium sapientissimus cum probe teneret, quantum homini mortis memoria utilitatis afferret, quamque ei ad salutem necessaria foret, omnibus omnino hominibus ait: Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quoniam monstratum est tibi. quasi dixisset: Noli perpetuam tibi vitam polliceri homo, aut annos spondere Nestores, sed mortis tuae numquam non memor viue, & cogita iam à fascibus eius foræ tuas pullati, ac proinde dispone domui tuae, testamentum conde, deque sepulchro tuo quid fieri velis constitue. In horum verborum sententiæ Iansenij interpretationem sequor, qui pro ea qua prædictus fuit litterarum sacrarum cognitione per verbum

I.

Ecclesiast.

Natura

Inf.

Inferorum sepulchrum dixit significari, ita ut sensus sit: Memento quicumque deum sis ô homo, & quicumque in loco degas, mortem tibi nocte dieque instare, astare, citatoque gressu te insequiri, ut te semel comprehendat.

Apoc. 6.

Egregium nobis in hanc rem emblemata in Apocalypsi sua suppeditat Ioannes, quo loco vidiss se testatur equum pallidum, & equitem eidem insidentem, cui nomen mors, cui super quatuor terrae partes & orbis cardines potestas data erat, omnia ut vindice gladio interimeret, & ipsas quin etiam bestias necaret. Mortem scilicet equo vehementem vidit, ut eius celeritatem, quamque citatis eadem gressibus, ad humanum effundendum sanguinem, diuina iussa implenda, vitamque hominibus eripiendam feratur, exprimeret.

In mundi exordio non nisi pedibus incedebat, ac quodammodo claudicans in longum mortibus tempus vitam protogabat, dudumque morabatur, antequam in noxios animaduertenter. Nongentos enim ac triginta Adamo iam vero equo insisteret. In post diluvium ipsum tempore persecuta est, nongentis & vnde septuaginta nouem currit annis, antequam Mathusalem comprehenderet. At iam insidet equo, atque ita ad cursum edoceta est, nihil ut eadem sit celerius, nosque statim interdum post annum, non nunquam post decem, viginti, triginta comprehendat, ac longissimum, quo eam fugere possimus, tempus octoginta, ad summum certum sint anni: quibus euolutis tandem inuitis etiam manus iniecit, atque ad supplicium rapit etiam relutantes. Vnde bene ac vere dixit olim Sapiens, *Memore esto, quoniam mors non tardat.*

Ecclesiast. 14. Babylonis, ut mortis celeritatem & in Alexander stantiam ad oculum exprimerent, mos erat, ab Alexan. ipsa qua Rex eorum inaugurbatur die, quando Babylonis tuor regio throno auiculas appendere, quae orum mos continua alarum agitatione ac volatu ante Regis triumphantis ac gloria tumentis oculos expirarent. Huc illi Regem facto edocere volebant, vitam hanc nostram fragilem ac nimis cheu/fugacem esse, camque ad instar a-

uis per aera celerrime præteruolantis pertransire, & mortem eidem perpetuo infidari, ac de loco in locumassidue insequiri, viptote qua & regibus aut orbis Imperatoribus parcere nesciat. De huius porro veritate historiæ usque adeo mihi non constat, & quamvis Alexander ab Alexandro candem literis pia quest^e consignarit, dubito tamen, num ille sua eam conuentu auctoritate valeat astruere. Sed hoc scio de doin Ecclesiæ Romanæ esse consuetudine, in folienni Principis eius, id est, summi Pontificis Pontheis inauguratione, ut mortis memoriam vitæ que fragilitatem in mement ei reuocaret, Spiritus sancti ut credendum est instinctu stupram accendere, & haec ei verba repetere: *Pater sancte sic transit gloria mundi: quasi dicetur, Noli sanctissime Pater, noli inordinate erga hanc vitam affici, mortem semper ob oculos habere, & cogita mundi huius gloriam instar stupri in momento transire, & similitudinem cum in auras euanescere.*

Cū Ionathas Mathathiae filius dolo Tryphonis circumuentus interfactus esset, Simon frater eius, qui in illius locum dux constitutus erat, corpus eius in patrum suorum sepulchrum, quod in ciuitate Modin visebatur, intulit, utque nomen eius æternum foret, & famam ad posteros transferret, superbum illi ac magnificum monumentum erigi ionathas iussit, septem pyramidibus innixum, quibus ducis ingens columnas circumposuit, columnis vero armis & gentilitiae nobilitatis addidit insignia, armis autem naues sculps adunxit, quæ ab ijs, qui mare nauigarent, confisi erentur: quæ omnia magno artificio singulariter elegancia perficerat. Cur porto naues huic monumento apposuit? ut æterno hoc opere posteritatem commonefaceret, vitam hominis hoc in mundo similem esse cursum nauis medio in mari nauigantis, atque omnes illos, qui tantâ sibi in hoc mundo gloriam pepererunt, & tam celebre nomen ad posteros transmiserit, eadem omnino celeritate mare hoc percurrisse. Huc vasus est allusio lob, cum diceret, *Pertransierit quasi naues: neque enim tanta celeritate naues ab aliquibus & flantibus Austris agitatæ feruntur, quam fugiant improborum dies in hoc mundo, quoru vita instar fumti cuauit.*

Regiam hanc cogitationem semper insculptam gerebat regius vates, & numquā non ingemilcebat dicens, *Defecerunt sicut fumus dies mei. Filius & succellor eius Salomon idem pene semper animo voluebat, atque impios apud inferos hanc vitæ breuitatem semper deplorate, atque his querimonijs vti: Quoniam spes impij tamquam fumus, qui à vento diffusus est, & tamquam memoria hospitiū unius diei pratereruntur, cuius memoria, quamprimum ut diuertioris egressus est, euanevit.*

Aposite sane. Videmus namque quotidie quantum hospites viatoribus hospitium intrantibus honorem exhibeant, quam diligenter eis omnia necessaria subministrant, & quam sedulo illis obsequantur, interea dū apud eos diuertunt, sed statim ut profectio- nem illi adornare incipiunt, & expensarum rationes subducuntur, quam care omnia aestimant, quam exacte singula computant: mox vero ut domo egressi sunt, nulla amplius apud eos horum vigeret memoria: adeo ut multum se illis honoris exhibuisse existimat, si vel affixa parieti exteriori tabella eorum memoriam conseruent, hac addita epigraphe. Tali mensis die atque tali anno ille hic nobilis, ille Princeps diuertit, tali die talis hoc hospitio Dux exceptus est. Mundus hic, Auditores, verissimum diuersorum est, quin nos, interea dum hic peregrinamur, in introitu & exordio humaniter admodum haber, & dum vitæ moras in eo trahere oportet, magna voluptate perfundit: sed in vitæ exitu tyrannum se illis exhibet, nudos & vdos in sepulchrum velut in pistrinum compingens, adeo ut postquam semel pedem hinc eos extulisse contigerit, maiorem eorum memoriam non habeat, quam si vñica tantum hora apud eum diuertissent: ut magnum quid se fecisse arbitretur, si aliquod interdum eorum monumentum templorum columnis affixum videatur, & sane ipsa Epitaphia, basiles, obelisci, pyramides, quae in sublime crederetur, aliud nihil sunt, quam inscriptiones funebres, & tiruli hospitorum, ut ex iis transeuntes colligere possint, talem hic Præsidem, talem Episcopum, talem Principem hospitio exceptum esse. Dicite ergo, nū

iure meritoque dixerit Sapiens, *Memor esto,*
quod mors non tardat. Eccles. 14.3

Ingenij ac doctrina Princeps Plato dicere solebat, prudentes ac sapientes sibi scho- lam quamdam constituere, in qua aliud apoph- lam præter vita breuitatem, & mortis celeri- thegma. tatem non docerentur; cuiusque meditatio- nem veræ, ac germanæ quoddam Philo- sophiæ genus esse; stolidos vero ac fatuos academiam obliuionis, quod numquam mortis ac nouissimorum recordarentur, semperque de vita proroganda cogitarent. Est enim vero verius, probos, ac vir- tute incolentes viuendo sensim mori, im- probos vero & nefarios moriendo viuere, vitamque semper sibi proponendo mortem pedibus conculcare, quibus numerum dis- pliceat, vultus eius furor, ac minas intueri: aduersus quos exclamat Propheta David, mortem illis interminatus, *Vt mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* id est, Imperet tandem aliquid Domine superbis illis & effrenatis peccatoribus mors, & quoniam ipsis eamdem pedibus substrauerunt, fac obsecro, ut ipsa illos tandem etiam substernat, & quoniam numquam eius in vita memores fuere, iure ac merito idcirco ad inferos descendant viuentes. Irafcitur ecce pec- catoribus pius ille Rex, quod mortis nullam memoriam haberent: Deus autem graueriter propter hoc ipsum nonnumquam exacerbatur.

Amans ille sponsus in Canticis collo- quium cum dilecta sua instituens, subira- bus in ipso exordio videtur, & acerbiori- bus eam verbis allocutus: *Si ignoras te, o pul- cherima inter mulieres, egredere, & ali* Re- ferri possunt tropologice verba hæc ad Deum, qui dilectam sibi sponsam, aruanam scilicet illis interdum alloquitur, quorum sensus & medulla hæc est: O anima, quæ inter creatu- ras omnes pulcherima es, si inani te cogi- tatione abripi sinis, nec tuam fragilitatem agnoscis, & quæ sis, vel vnde, aut quam vilis, ignoras, nec vñquam mortis aut Dei tui re- minisceris, egredere è domo mea, *& abi-* procul à confortio fodalium meorum, *&* quote, ni te cognoris, posthac excludo:

Bern. sup.
20 cap.
Canonic.

Dura & aspera, inquit hæc verba Bernar-
dus, increpacio hac: quippe verbum serui audire
solent à valde irascientibus & indignantibus
domini: vel ancilla à dominabus suis, cum gra-
uiter illas offendent: Exi hinc, exi à me, egre-
dere à conspectu meo, & à domo ista. Hoc ergo
verbo aspero & amaro satis nimiumq; increpa-
torio utitur modo sp[iritu]us contra dilectam, sub
conditione tamen, si seipsum ignoraueris.

Cum Dominus apud Ierem. calamitates & infornitia, quæ Ioachim regi peruerissimo & idololatram impendebant, prænuntiarer, inter cæteras minas intentauit, sepultura asini eum sepeliendum, dicere vult, inter monumentum regis huius, qui adeo superbis, & certuices tam sublime erexit, ac sepulcrum asini, quo nullum animal aut vilius, aut abiecius, nullum omnino discrimen futurum. Quid hoc sibi vult? quis audiuit unquam asinos fuisse sepultos? Referunt quidem historiæ Bucephalum Alexandri equum regio manda-to teræ mandatum esse, at de sepulto asino nulla usquam apud scriptores fit mentio. Et nihilominus D e v s, qui mentiri non potest, Ioachim regi asini sepulturam communatur. Dum omnes loci huius consulo interpretes, nullus est, qui melius meo gustui satisfaciat, quam Glossa interlinearis, quæ hoc sensu verbahæc exponit: Sepultura asini, sunt stomachi eaurum & ferocium bestiarum, & aues rapaces. Per hanc igitur comminationem signare voluit D e v s, insolentem, & arrogantem hunc regem terræ in visceribus non sepeliendum, quod terrenæ suæ originis semper immemor extitisset, sed quoniam instar bestia & instar asini vixit, asini quoque ritu sepultura mandandum: qui quoniam terram nunquam, vt matrem voluit agnoscere, nec lutum, vt principium ortus sui intueri; ideo terram eum loco filij non habituram, nec lutum sepultura locum ei concessurum, sed canum, leonum, aut alterius cruentæ, aut carniuoræ bestiæ stomachum loco tumuli ei futurum. Ominas horrendas!

Magnus ille Patriarcha Abraham, ne hanc à Deo comminationem audiret, mortis memoriam animo iugiter inscriptam gessit. Primum namque quem posedit agrum in sepulturam suam & Saræ uxoris destinavit, vt nobis ostenderet, primam animæ curam & in-

ventionem esse debere, mortis perpetuo remansi, ac sepulchrum suum ob oculos nūquam non habere. Placet prior ille conceptus, vt & hic, quem mox subnecto.

Voluit in Leuitico Deus, locum cinerum, in quem & immolatarum auium plumæ congregabantur, ad orientalem, non autem ad occidentalem plagam vergere: Et plumas projectat prope altare ad orientalem plagam, in loco, in quo cineres effundi solent. Quid vobis locus hic cinerum aliud denotare, quam sepulchrum videtur, in quod omnes penitus diutiae, honores, voluptates, cunctæque vita nostra delicia, quæ ad instar plurimarum sunt, quibus homines superbiendo in altum effunduntur, coniiciuntur? homines namque vera quadam aues sunt ad mortem destinatae, quæque omni momento & hora crudeli illi vltimi & carnifici in sacrificium immolantur. sed mysterio carre non existim, quod cinerum ille locus ad orientem situs sit: docemus enim cineres & putredinem semper nobis ob oculos, quos designat oriens, non vero à tergo, cuius imago est occidens, versari debere, ac mortis memoriam menti penitus insculpendam esse, & nunquam animo deponendam.

Atque hinc est, quod Sancta mater Ecclesia, quæ omnium fidelium defunctorum hodie commemorationem celebrat, vt mortem nobis in mentem reuocaret, nosque ad preces pro defunctis effundendas cohortaretur, hanc nobis formulam proponat: Requiem aeternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Libera eos purgatorijs ergastujs, pœnas corum minue, aut potius penitus responde, vt in lucis regione constituti, te, qui verum lumen es, videre mereantur. De lugubri hac materia hodierna die ad vos verba faciam. Et quoniam dies hic non nisi mortuis & defunctis sacer est, & nos mortales sumus, de nulla re alia, quam de morte, deque suffragijs pro defunctis hie loquar.

Principio igitur ipsa mortis memoria Christianis omnibus in primis necessaria est ac perutilis, quæ nobis idcirco toties tamque diversis rationibus inculcatur. Hec enim una præ plurimis alijs cogitatio, modo cum virilate ac debita ratione adhibetur, omnem vitæ nostræ seriem dirigere potest ac moderari.

Verum

Martini. Verum autem me dicere ipsæ docebunt historiæ. Plutarch. enim cum Traianum Imp. qui natus olim discipulus extiterat, missa quadam epistola docuisset, quas virtutes sectari, quænam vitia fugere, & quibus eum rationibus laudabilis ac boni Principis officium implere oporteret, post varia quibus id confirmat pcepta, facile cum omnia impleturum dixit, si vna mortis ad hæc omnia accesserit memoria: Ego scio, inquit, quod hac omnia feceris, si tui nunquam oblitus fuers, id est, conditionis & originis tuæ, & si memineris, quam fragilis hec vita sit, quamque cito splendor eius ac pulchritudo euaneat. Et sane quis non mitetur; aliud à tanto Philosopho præceptum tanto Imperatori ad tam vastum & late patens imperium prudenter ac sapienter administrandum datum non esse, quam vnicam mortis meditationem?

Accedit adhæc quod superbos & insolentes animos intra moderationis limites cogat, & quodammodo retundat, veramque animi demissionem hominibus inferat. Hinc in Machabæorum historia legimus, superbum illum & arrogantem Antiochum, cum à vermisbus sedepaci videret, & à morte instantे vrgeri, in hæc verba, quæ candido signanda sunt lapide, prorupisse: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire, suamque fortunam cum diuina non comparare.* Quantam igitur utilitatem affert mortis & nouissimum meminisse?

Salomon quoqueret, quo nullus vñquam existit sapientior, quoties cum vanitas & mētis clatio extra humiliatis terminos abriperent, vt earum impetus retardaret, hoc ipso fano ysus est, atque his sese in medijs prælijs verbis allocutus, *Sum quidem & ego mortali, homo similis omnibus; quid enim est, quod me à vanitate aliorum abipi simam, cum mihi quoque moriendum sit, & impia huic Parca & carnifici non secus ac reliqui mortales obnoxius sim, & ad sepulchrum vna cum ipsis condemnatus? quantum igitur prodet mortis memoriam ante oculos habere?*

Adm. 14. Barnabas & Paulus Salomone Rege in hoc nō inferiores fuere: cum n. essent Lystris (quæ ciuitas Lycaonie ac Sancti Timothei patria sit) & ciues eos propter miracula, quæ virtute

& cooperatione Dei ediderant, vti deos quosdam suspicerent, colerent, adorarent; ad inanes has laudes reprimendas, & populares gloriæ fastus proculâ se reiiciendos, mortis memoriam, velut singulare quoddam antipharmacum adnubuere, discissis tunicis eorum insolentiam increpantes, *Viri quid hac faciis? & nos mortales sumus, similes vobis homines.* Ad eundem modum & tu o homo, vt omnia in tuam utilitatem interpreteris, cur mundum, quando diuinis te maestis honoribus, teque ad inanem gloriam sollicitat, à te non reiicias, aut compescis dicens: *Quid facis mundo? quid cogitas? an ignoras mihi propediem hinc esse discedendum? nescis me iam à multis annis, ab ipsa etiam nativitate, sepulchro viuere destinatum?*

Catulus, qui rerum gestarum gloria incl. Gregor. Tertius, ac multis victorijs nobilis Magni cognovens.

mentum inuenit, cum in extremo vite articulo constitutus à suis rogaretur, ecquæ insignia, quænam arma, aut quorum trophyorum imagines, in tot victiarum, ac luculentorum facinorum memoriam, sepulchro affigi vellet; respondit, referente Turonensi Gregorio, sola mortis insignia eupere: quæ nimurum omnes illius victorias in nihilum redigisset, conculcasset, deque se victore triumphum egisset. Non petiit AEgypti pyramides, non quæsivit Mausolea Carie, non ambiuit regalia insignia, non signa bello parta, viirates Rom. Imperij aquilas, non sceptra, non diademata, non denique perennaturam rerum gestarum gloriam, quæ apud posteros immortalis haberetur; sed vnicam mortis memoriam. Sola ecce mors deicet & debellat eum, qui totum, qua patet, orbem nominis sui fama compleuerat, & armorum terrore concusserat. Ofactum vere regium! & Epitaphium penitus diu num!

Impius ac sceleratus Cain ex quo particidi fratre peremit manu, toto tremuit corpore, ac nunquam non timuit; putabat enim se ab omnibus, quicunque se inuenissent, occidendum: sed ait ad eum Domiaus: *Nequam ut fieri, nam omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Posuit enim in eo signum, quo viso nemo in eum manus auderet mittere. His sudant interpres, & magnopere labokant in signo hoc inuestigando. Hieronymus

Nnnn 3 lanc,

Hieron ad
Damascum.
Ambr. l.1.
de Cain.
Gen. 4.

sane, & Ambrosius, & Tostatus optime mihi
fententiam equidem libens concedo, aiunt e-
niam signum hoc tristem mortis memoriam
fuisse, quæ mirum adeo eum consternabat, ac
terrefaciebat, ito ut corpore tremaret, atque
ita quicunque eum viderent, manus ab eo
continerent. Hæc cum auditis, cogitate, Au-
ditores, omnes nos esse velut quodam nefas-
tios ac sceleratos Cainos, eiusdemque quo ille
patricidij reos: tories quippe fratrem no-
strum, id est, proximum innocuum verbis, fa-
cto, tamque varijs modis occidimus, ut sane
mirum sit, si omnes in nos creature ad vindic-
am sumendum non insurgant, & ipsi quin
etiam dæmones nos è medio non auferant.
Sed benignus ille parens Deus signum quod-
dam ad nostri conseruationem adinuenit, i-
psam scilicet mortis memoriam, quæ iustos ac
scrupullos & qui tremere & exalbescere
semper cogat: ut hac visa, dæmones, ne
quod nobis detrimentum afflant, atque ipsi
in primis superbia & insolentia, cæteraque
peccata omnia sese contineant. In primis
namque diuina illa mortis recordatio insol-
lentiam comprimit, fastum mentibus euellit,
typhum minuit, veram cordis humilitatem
generat, ipso que fæto animas penitus morti-
ficat. Lepidum vobis quoad hanc materiam
exemplum ex vita S. Gregor. Nysseni referam.
Hic enim cum quodam tempore verba illa
Euangelii, *Qui vult venire post me, abneget
semetipsum, & colligat crucem suam, exponet,*
interrogareturque deinde ab quodam suo dis-
cipulo, quid esset sui ipsius abnegatio, & pro-
priæ voluntatis abdicatio, ad cœ. neter-
ium cum quodam tempore verba illa
Euangelii, dum cum Hercule luctatus in-
terrogaretur, *vires ei & robur restaurabantur: sed*
*statim vbi in altum caput efficeret, immuni-
tatis iterum viribus ab Hercule prosternebatur.*

Lepida
historia.
Luc. 9.

sed fabula relicto cortice, veritatis quæ-
est: sed ut iam mutata voce varijs eadem of-
fa encomijs exornaret, & laudibus cœlo tenus
efficeret. Obsequitur adolescentes, & ad cœ-
meterium reverentes, commutatis vocibus
plurima in eadem effundere præconia, va-
rijsque ea laudibus extollere incepit: Hem of-
fa insignia & vere illustria! hem pectora vete-
regia! hem capita Monarcharum, corpora ge-
neroſa Principum! hem ossa invicta, ossa
militum ac ducum! atque infinita alia laudum
genera ingeminans; nullo accepto re-
ſponſo ad Gregorium reverſus est. Petebat
deinde Præſul, quid ad hæc vituperia vel enco-
mia defuncta illa & ſemi-putrida ossa reſpon-
dissent. Nihil omnino, inquit ille. Subintulit
Gregor. Vade, & tu quoque fac ſimiiliter;
quacunque demum iniuria, contumelia & op-
probrio accepto, vel quibuscumq; auditis præ-
conijs permoueri noli, diſſimiles, teque velut
inſenſibilem geras: atque ita fieri, ut vere
mortificatus appellari, & eipſum, propriam
que voluntatem abnegare dici possis; actum
perfekte didiceris, quid Euanglica fuiſit ab-
negatio.

Id ipsum vos hodierna die facere vellem
Auditores: vellem inquam vos coemiteria ad-
ire, ac mortuorum ossa curiosius intueri. In-
gredimini igitur funesta illa mortis palatia,
accedite ad illa cadaverum receptacula, inſpi-
cite brachia illa carne nudata, membra illa à
vernis exēta, ossa illa ſemi-putrida ac fo-
tentia, atque ex ijs, vos alloquor, qui tam in-
quo iniuria animo accipitis, & laudibus ve-
ſtris auditis in tantum inſoleſcitis. Christia-
nam mortificationem diſcretis. Oſſium nam-
que horum inſpectio ac mortis recordatio ſingu-
lare aduersus superbiam remedium eſt;
quo nimurum anima aduersus omnes mun-
di ac Satanae impugnationes in expugnabi-
lis rediſtit: quod veteres nobis ſub fabule
euſufdū in uolucris liquido ſatis demon-
ſtarunt.

Antæus ille, Teræ filius, de gigantum stirpe progenitus, dum cum Hercule luctatus in terram procumberet, & matrem illam exfolcularetur, vires ei & robur restaurabantur: ſed statim vbi in altum caput efficeret, immunitatis iterum viribus ab Hercule prosternebatur, ſed fabula relicto cortice, veritatis quæ-

ia

in eo latet nucleus aperiamus. Dico igitur idem omnino acridere homini, qui animos gerit giganteos, & de singulari quadam fortitudine præsumit: dum enim terram intuetur, oculofque in Esse suum coniicit, simulq; considerat, quid sit, unde venerit, & in quid redigendus, nullus omnino reperiri potest hostis, aut tentatio, quæ eum vincat, expugnet, aut prostrerat: at si inani quadam prælumptione in elationem se abripi patitur, & nubes & inania capit, sursumq; se contredit exigere, denique si ignoret, quænam sua sit origo, & unde venerit, neu mortem ante oculos habet, vincitur, superatur, iugulatur. O igitur sanctam mortis memoriam!

Vere dixi Sanctam: nam præterquam quod elatos & superbientes retundat, omnium omnino rerum contemptum & obliuionem etiam inducit. Docuit id me magnus ille Doctor Hieron. qui inter cætera, quæ ad bene laudabilitera vitam instituendam ad matronam quandam Romanam scribit, hoc habet, Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse mortuorum: in quam materiam & sacrae mihi litteræ egregiæ non fuggerunt conceptum. Pilosus ille Esau cum de venatione rediens fame præmodum enecaretur, propter vile quoddam lenticulæ edulium primogenita sua vendidit. Cogitabat enim secum, fatus esse eisdem cedere & vivere, quam ijdem conseruatis fame emoris dicens, *Eu morior, quid mihi proderunt primogenita?* Sola itaque mortis cogitatio & apprehensio ad tam iniquam venditionem Esau compulit. O Christiane, ni Esau ipso dexter audire velis, dic interdum, mortem in medio honorum cursu ob oculos versans: Inter paucos ecce dies mihi è vita abeundum est, quid ergo mihi proderunt diuinitæ, dignitates, ac tot beneficia? Hoc scilicet sa- 48. pius animo voluebat prius ille Rex, cum diceret interdum: *Disues cum interierit, non summet omnia, neque descendet cum egloria eius.* Hactenus quidem quæ de hac mortis memoria dicta sunt, è sacris codicibus de prompta sunt; profanas iam tempus erit profere hysto- nias.

Philipus Macedonum Rex cum tempore quodam, referente Plutarcho, palæstram in qua Græci luctabantur, ingessus esset, & inter luctandum ad terram prosterneretur; iacen-

tis sui imaginem scite in arena expressam vi- dens, quamque patrum loci occuparet considerans, oculocepit dicere: *O quam minimam terræ partem natura sortiti, orbem appetimus vniuersum!* Aud te, audite, inquam, cupidi mortales, quibus totus qua patet orbis non sufficit; quorumq; æstuans desiderium vniuersus mundus minime implet, regia illa verba; ac vos exiguum illum locum, quem tandem post laborum vestrorum finem hæreditate acquiretis, sepulchrum scilicet seprenum pedum ob oculos ponite. Huc quidam Prophetarum veterum respiciens ait, *Vide vias tuas in conualle:* quæ verba LXX. nostro proposito apius Ierem. 2. translulerunt, *Vide vias tuas in sepulchro.* id est, cogita tecum ô homo, quam exiguum tibi post mortem paratum sit domicilium, ut non nisi septem tibi pedum spatium ad ambulan- dum concedendum sit.

Iulius Cæsar cum Magni Pompeij, quæ ca- ne peius & angue haec tenus oderat, cuiusq; audiisse sanguinem & mortem siterat, caput, Plutar. in Apophth. quod Proloñæ Aegyptiorum Regis Eunuchi ad eū deferebant, coram esset intuitus, fortunæ vices demirans, illacrymatus est: tacite namq; secum cogitabat, ad quantam calamitatē existiumq; deuenisset ille, quem tam læcis paulo prius flabris fortuna afflauerat, qui omnes mundi limites armorum suorum terrore con- cussuerat, & nominis sui fama compleuerat, & cuius vaui imperium ac vocem omnes Africæ atque Alizæ Reges, & maxima lenitas pars sequebantur. Quis vestrum adeo ferreus & adamantis futurus est, cuius adeo durum erit pectus, cuius oculi adeo austeri & infraqti, qui, cum hodie tot Regum, tot Principum, Ducum, militum capita vermis opplerat, situ obsita, putredine secentia, & in cineres reda- cta videat, lacrimas contineat?

Principes Israel cum Iezibelem Reginam, quam prius ita superbam & insolentem conspicerant, in terra vt informe quoddam cadauer prostratam, & à canibus dilaniatam vidarent, triste hoc spectaculum, fortunæ variantiis ludibrium, & horrenda Dei iudicia demorati ad iniuciem dixerat: *Haccine est illa Iezabel?* illa inquam Iezabel, quæ omnes nominis sui terrore & auctoritate consernebat? quæ Prophetas Dei viindice gladio ad mortem proferebatur? quæ potentia suæ cornua in immen-

4. Reg. 9.

immensum tollebat? vbinam modo nunc aulae & Regius comitatus: vbi omnes priores honores? vbi omnes quas prius habuit diuitiae & opes? An non & nos hodie, cū tot ossa, tot mortuorum crania, tot brachia, tot tibias per coemeteria hinc inde sparsas, sub saxis gementes, in sepulchris latitantes, quae tamen tristes quædam reliquiae sunt præstantium ac doctorum viorum, & formosarum mulierum videamus; an non, inquam, lugubri hoc viso spectaculo dicere præ admiratione poterimus: Illane sunt capita, quæ aureis olim redimita diadematis vidimus? Illane cadavera corporum purpura, & cocco vestitorum: illane linguae tam disertorum oratorum: illine vultus nympharum, quibus orientis gemmæ & omnia Arabie nemora ad ornatum non sufficeret? illane genæ, quæ tantum stibij, purpurissæ, & stactes consumpsere?

Sed si mortui ipsi hodie loqui possent, si eorum ossa nostris responderent vocibus, dicerent profecto, quod olim in mediis æruginis casum suum deplorans Iob Propheta dicebat: Ego ille quandam opulentus, repente contritus sum, tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. Ego sum ille senator, qui tot olim sententias & decreta tulit, tot aliquando homines iudicauit. Ego sum ille Martis pullus, alter Annibal, secundus Hector, qui tot certaminibus interfui, toties cum hoste confixi, tot victorias retuli. Ego sum disertus ille ac celebris Ecclesiastes, qui magis omnium aplausu toties ad populum verba habui, & ad cuius dicens os cuncti ora obuerterebant sua. Ego sum locuples ille mercator, qui tantis partis opibus honestam familiam institui, & tam amplum patrimonium liberis reliqui: Ego sum formola illa Iuno, curia pulchritudo omnes in admiracionem & inuidiam traxit, quam tot procii ambierunt, quæque semper gemmis cooperata, auro fulgens, byssio & coccino induita fu. Sed proh dolor! unico omnia hæc momento euanuerunt, fortuna nostra derelicta mutauit, tristis nos omnes mors usque ad ossa depasta est, ac feralis illa Parca ira sua iacula in nos velut scopum aliquem detoricit. Repente contriti sumus, & posuit nos mors quasi in signum.

Hæ sunt igitur voce, quæ hodie sepulchris egredimur, querelæ, quibus coemeteria

resonant, clamores, quibus tumulti concrepant, ac tristis oratio, quam defuncti è bustariis suis iam verminantes ad nos habent, atque haec una è præcipuis rationibus est, cur Sancta Mater Ecclesia omnium hodie defunctorum commemorationem instituerit, vt nimur de mortuis cum mortuis in mortuorum omnium die verba facientes, ipsi quoque mortis recordaremur; altera vero eaque omnium potissima, vt illos ipsos defunctos precibus & suffragijs nostris adiuuemus, idque præseruum vulgari illa orandi, & bene precdi formula, Requiem aeternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Hinc porro alteram concionis hodiernæ partem, vt initio proposuimus, exordiar.

III.

Hoc igitur tristi & funesto die pro defunctis nos orare oportet, nostrisque suffragijs ipsis oratione opitulari: non quidem defunctis, qui in æsti iam beatitudine perfruuntur, & gloriam & loquam conforites facti sunt; neque enim oratio perfruentibus nostris indigent: nam teste Augustino, turram In iuriam facit Martyri, qui orat pro Martire. finis quippe precum & suffragiorum is est, vt ipsis, pro quibus oratur, oratione nostra bonum aliquid accedar, vel malum aliquid abscedat. cum vero Martyres sempiternæ iam felicitatis compotes effecti sint, nullis omnino precibus opus habent. Quamobrem in vacuum omnis nostra cederet oratio, si pro iisdem oraremus, iniuriamq; non modicam illis irrogaret, qui meliorem ac feliciorem illis sortem deprecatur. Deinde pro damnatis omnino non est orandum: id enim qui ageret, næ ille oleum & operam perderet; cum nimur in inferno nulla proutius sit reëptio, aut ne minima quidem solatij spes, etiam vniuersis Sanctis pro iisdem apud Deum intercedentibus, penitentiamque minuendarum affulgere possit: atque idem Augustinus scribere non sit veritus, se, si fecerit animam patris inferorum supplicijs mancipatam esse, non amplius pro eadem quam pro Diaboli salute oratum. Quamobrem pro ijs solum orandum, qui adhuc in purgante illo igne emundantur, proque ijs solum diuinæ Majestati vota facienda, ac nullo non tempore, nulla non hora pro earum redemptione ingeminandum: Requiem eternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Et

Et sane ipsum Purgatorium, quoniam eius iam mentio incidit, quoddam spirituum receptaculum est, & animarum pro quibus horie nobis supplicandum, erga-
storum
dam. Non est porro necesse pluribus vo-
bis, Purgatorium aliquid esse, verbis astru-
ere: sufficit enim, si eis sacris litteris, id ipsum
confirmari, à Sanctorum Patrum auctorita-
tibus stabiliti, totius Catholici orbis af-
fensi defendi, & è quinque generalium con-
ciliorum decretis astrui possit. Conci-
lio nempe Carthaginensi, Toletano XI.
Lateranensi sub Innocentio Tertio, & Flo-
renti, in quo Græci omnes simil & Latini
coadunati fuere, & nouissimè Tridentini
horum quatuor ut Canones taceant, refe-
ram quæ in Conc. Cartha. can. 95. scripta
sunt: *Quis oblationes defunctorum, aut negant Ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicantur.* quo loco si omnes iij excommunicantur,
qui orationes & oblationes pro defunctis
non persoluant, ergo multo magis iij, qui ip-
sum Purgatorium negant; hæc namque pre-
ces presupponunt aliquid Purgatorium
esse.

Affinitur
Augustoriū
incontac-
tus
Patriarche
Constanti-
nopolis
sup. mori-
tua.

Vnius vero Iosephi Patriarchæ Constanti-
nopolitanæ, omnium Græciae Ecclesia-
rum primatis, testimonium hic puto sufficie-
re, quod ad instar mille testium omni exceptio-
ne maius habendum est: hic enim in
mortis articulo constitutus inter ceteros
articulos fidei, quos moriens profitebatur,
& Purgatorium se credere afferuit, ac manu
propria signauit: cuius deinde profectio ad
posterioriter dimanauit. *Quoniam ad extre-
mum vita mea deueni, idcirco pro meo munere
dilecti filii benignitate Dei meam sententiam
huius litteræ palam facio: Beatisimum Patrem
patrum, ac summum Pontificem, Romeque
veteris Papam, Domini nostri Iesu Christi
Vicarium esse concedo; atque animarum purga-
torium esse non inficior. Quid hac fidei profes-
sione reperiiri queat, aut clarius, aut efficacius?*
eu si quinque generalium Conciliorum ac-
cesserit auctoritas arque omnium quotquot
vñquam vixerunt, Sanctorum Patrum, quis
deo impudens futurus est, qui Purgatorium
audebit inficiari?

Supplement. Bessai.

Non patitur temporis iam angustia, plu-
ribus hic ostendere, pro defunctis orandum
esse: cum omnis id docuerit antiquitas, om-
nes Sancti Patres id tenuerint, atque viuer-
salis id Ecclesia inuolata semper obseruarit.
Quot obsecro elapsi sunt secula, ex quo Iu-
daica gentis gloria Iudas Machabæus contra
Gorgiam conferto prælio, & magna suorum
clade accepta, duodecim argenteatum drach-
marum millia, ad sanctam ciuitatem Ieru-
salem misit, quæ fæcilius darentur, vt
victimas pro defunctorum militum salute
& animatum sospitare Deo offertent: quod
Iudeæ factum latius scriprura deducens, hoc
tandem Epiphonemate concludit. *Sancta er-
go & salubris est cogitatio pro defunctis exarare
ut à peccatis soluatur. b. s mille & amplius
iam anni elapsi sunt ex quo hoc coniigit.* Sed aduersus hanc auctoritatem obiectere,
libros Machabæorum non esse in Sacro-
rum librorum Canonem relatos, procul à
vero est, mendacium spirat: neque enim
alijs veibus Sanctus Augustinus usus est, vt *Li. de cura
docet pro mortis orandum, quam his quæ pro Mor-
modo ex hisce libris produximus.* Et tuis.
quamvis libri hi in canonem relati non es-
sent, quod numquam concedemus, & noi nisi
historiales quidam libri forent; hinc tamen
efficeretur, orationes & suffragia pro vita
functis iam à duorum annorum millibus, &
quod excurrit, in viuis suis.

Quantum etiam effluxit temporis, ex-
quo prius ille Senex Tobias, inter cætera,
quæ Tobiae filio suo dabat præcepta, oran-
dum pro defunctis docuit, cum ipso orati-
onis limine his filium verbis admonuit. *Pa- Tob. 4.
nem tuum & vinum super sepulturam iusti con-
firue:* quasi diceret. Nunquam mortuorum
obliviscere filii mi, sed pro eorum anima-
rum salute Altissimum deprecare; cumque
iusti ex hac vita ad alteram decesserint, pa-
nem tuum & vinum tumulis eorum appo-
nendo, animabus illorum succurrite. Hinc
notare vole, in ab illo tum temporis sepu-
chris defunctorum panem & vinum apposi-
tum fuisse, vt pauperes, qui pro eorum salu-
te Deum obsecrabant, hinc sustentarentur. Chrysost.
Tradidit hoc Chrysostomus, qui in alium
locum ita scripsit, *Cur post mortem illorum
paupores*

O o o

*pauperes vocas? cur presbyteros, ut pro eis velint
orare, obsecras?*

3. Reg. ult.

A quo saeculis Galaaditæ Saule, & fortissimis Israel interfecit, in eorum exequis lacrymati sunt, pullas vestes induerunt, & septem sibi diebus ieiunia indixerunt? Cui rei seruum haec pro mortuis ieiunia, nisi vi iisdem placet ut Dominus, ieiuniorumque merita defunctis applicarentur, & diuinam iustitiam, si forte ob delicta quædam occulta exacerbata esset, defunctis propitiari redderent, quo eodem purgatori eriperet erga sustis.

1. Cor. 15.

Iam mille sexcenti propemodum præteri-
ere anni, ex quo Apostolus gentium Paulus
orationem pro defunctis valida assertuit, Co-
rinthiosque edocuit, ait enim: *Quid facient
qui baptizantur pro mortuis, si mortui non re-
surgent?* id est, si non mortuorum resurrec-
tio, cur igitur pro mortuis oramus, sacrificia
offerimus, ieiunia nobis inducimus? Et sane
ipsum verbum *Baptizare* hoc saepe modo
in sacris litteris accipitur: & Apostolus re-
surrectionis mysterium per orationem pro
defunctis probare contendit; & ostendere,
quando qui dem pro mortuis ubique oretur,
eos etiam resurrecturos. Si enim nunquam
resurgent, frustra pro iisdem suffragia nostra
offeremus.

Cum hoc igitur fixum & indubitatum sit,
Purgatori. & simul certo sit certius, Purgatorium locum
um sub terra est, quendam subterraneum esse, contra quem
sentiant Richardus de S. Victore, Pa-
pa Gregorius, aliisque plures, qui id ipsum
modo in mari, modo in aere, modo in certo
quodam orbis angulo constituant; dico,
vniuersam hodie Ecclesiam orare; ac nos eius
in ieiunio orare debere pro defunctorum
animabus, quæ corporeis his exuvijs solutæ,
& hinc in Dei gratia decedentes, rationem
coram se uero illo diuinæ iustitiae tribunali
reddere coactæ, captiuae detinentur, & in
purgatorium velut in carcерem aliquem
compactæ manent, è quo non prius, quam
quo ad ultimum quadrantem persoluerint,
omnique debito vacent, eximentur. Atque in
id ipsum magni preces nostras ponderis esse
constat.

Insignes Animæ enim, heu! sunt miserae illæ ca-
conceptus, priuæ, quæ in carcерem coniectæ, atque ibi-

dem grauissimi supplicijs excruciatæ, non
ante egredi aut liberari queunt, quam no-
uissimum quadrantem persoluerint; quod
in Matth. Euangeli adumbratum legimus.
Sunt quoque spiritus illi afflitti, qui in locis *Matth. 5.*
inferni constituti ad Sacratissimum Iesu
nomen genua flectunt, manus & oculos in
altum tollunt, id ipsum proni velut nomen
Redemptoris adorat, & ab eo liberationem
enixissime efflagrant; de quibus ad Philip. *Philippi 2.*
Paulus, *in nomine Iesu omne genu flectatur, ca-
leustum, terrestrium & infernum.* Sunt adhuc
miseræ istæ creaturæ quæ ad præsinitum te-
potis spatiū, procul à cælo in purgatorijs lo-
cis exultant, inque iisdem grauiter castigantur
& perpurgantur, licet non in æternum,
diuinæ tamen essentiæ visione interea priua-
tæ. Quod egregia è sacris litteris figura ma-
nifestum reddam.

Absalon licet Patri post excitatos in uni-
uerso regno tumultus iam reconciliatus es-
set, at quod omnium priorum delictorum
veniam consecutus, vt tamen iustitia debite
satisfaceret, & aliquam saitem poenam pro-
pter concitatam multitudinem subiret, ad
duos annos aula & dilectissimi patris vultu
carere debuit. Actus hic iustitiae temporali-
is reuocat mihi in memoriā ea quæ in
cœlesti tribunali quotidie contingunt; vt
certo mihi persuadam, eodem proflus mo-
do cum defunctorum animabus agi: quam-
uis enim è mundo hoc Deo Patri recon-
ciliata decadent, plenam & integrę omni-
um delictorum veniam & indu genti-
am consecutæ, vt tamen æternæ illi iu-
stitiae faciant satis, & penas aliquas tempo-
rales, à quibus nondum penitus sunt liberae,
adhuc persoluant, ad præfixum tempo-
ris terminum celo carent, & in purgatorio
velut in auxilio quodam constituta sunt,
succundissima patris sui visione destitu-
ta.

Sunt denique incarceratae illæ animæ,
quæ infideles Christianos oculos suos ho-
die coniuentes, cum lacrymis, gemitu, &
fuspirijs inenarrabilibus eorum auribus lu-
gubre hanc nænam occidunt; & tristibus
viciis verbis eorum openi implorant. Mi-
seremini mei, miseremini mei, saltem vos ami-
ci mei, quia manus Domini tetigit me. In-
clamans

clamant se à manu diuina tantum tactas esse & non nisi ab vnica manu; vt hic disserim inter has animas, & eas quæ tartareis manipatae sunt supplicijs, euidentijs fiat, haec namque ab vtraque Dei manu, & aeriter quidem, etiam percutiuntur: adeo ut teste Apostolo, horrendum sit incidere in manus Dei viuentis.

Vos autem animæ quæ corpori huic adhuc viuitis inclusæ, clamorem hunc pauperum attendite, & accommodate aures postulatis ac supplicationibus earum, quæ in tetro illo purgatorij carcere inclusæ sunt, atque è verbis earum colligite, si vel vnicæ diuinæ iustitiae manus adeo easdem excruciet, vt superos ipsos ac non mortales in sui auxilium aduocent, quid de damnatorum supplicijs dicendum sit, quæ ambabus Dei manibus percussæ nocte dieque assidue clament & ciulant, vt præ cruciatum gratitatem temporis que illis exercutæ sunt, diuturnitate, in desperationis abyssum praecipites ruant: Ipsæ autem quæ purgatorio continentur, clamant, & opem nostram postulant, propter pœnatum quas ferunt gravitatem. Idem enim carnifex, ignis scilicet ille adurens & castigans delicta, excruciat

ut sup. has & illas, vnde Gregor. *Eodem igne purgatorio, & crematur damnatus.* At vnum inter utramque d'scriben est, quod pœna, & supplicia earum, quæ infernalibus tormentis traditæ sunt, eterna sint; purgandarum vero cum tempore præfixo terminetur. Ille horribili demonum intuitu semper deterrentur, he frequenti Angelorum visitatione recreantur, illæ furiant, efferascent, desperant, & præ pœnatum grauitate impatentes sunt: haec quotidie exultant quod tormenta breui finienda sperant, viuunt in spe, & opem a fidelibus implorant, dicentes: *Miseremini mei, miseremini mei saltet vos amici mei,* vos in primis heredes, quibus tot opes & facultates reliquimus: vos filij, quos tot relictis opibus ditauiimus: vos noti & consanguinci succurrite & opulamini nobis, nostras artrumias iaspicite, orationes pro nobis effundite, alijsque effundendas indicite, ac viscera misericordia nobis laxate. An non tristes illæ querimoniae cor vestrum feri-

unt, ac quodammodo dissecant Auditores? an non lugubres illi clamores vos ad commiserationem excitant: feralis illa ac lamentabilis echo, an non vestras aures verberat? Auditisne filii ciulatum parentum vestrorum? auditisne heredes querimoniam beneficiorum ac Mæcænatum? Auditisne amici precies carissimorum sodalium? O ingratia, o adamantini, o perfidi, o parum antiquæ fidei & amicitię memores! sed non ita exigit, namque Christiana caritas, totus ut mundus in folamen & favorem animatum dicat, *Requiem eternam dona eis Domine, Glux perpetua luceat eis.*

Inter cetera misericordia opera non potestrum locum meo iudicio obtinet, captiuorum redemptio, incarcatorum solutio, precibus vinculorum, captiuitatis disruptio. Nullorū Purgatorio autem captiutorum redemptio luculentior, eximere aut præstantior habenda est, quam corum, insignis misericordia quæ in alio orbe captiui detinentur: quos nosslis precibus in libertatem astringere, ac flammis tormentisque eripere possumus. Hoc autem pro dignitate facere magnæ atque diuinæ cuiusdam virtutis actus est, cum religione coniunctus, & quem in factis litteris expressum legimus.

Volut olim Deus, vt quicunque bouem aut asinam aut quodcumque proximi animal in foueam incidere animaduertisset, omnino ratione eidem quamprimum succurreret, ac luto educeret. Errat, qui putat hic de bruti soluanimalib. sermonē esse. Audiat autem ille quid dicat Apost. *Nunquid de bovis cura est Deo?* sed crediderim in hac ope animalibus impensa, curam & auxilium quod animalibus exhibendum est, exprimi, quas cum in purgatorijs profundum cecidisse hodie videamus, nostrumq; ab iisdem auxilium efflagitari audiamus, nostrum profecto erit omni illis ratione succurrere & opitulari atq; eleemosynis, sacrificijs, votis, precibus eas tormentis eripere, in earumq; auxilium dicere: *Requiem eternam dona eis Domine:* In hoc mihi conceptu viam præiuit magnus ille Doct. Aug. qui ad fratres in eremo de Ser. 44. ad gentes verba faciens ait: *Clamat porci, & fratr. in eum eo clamare non cessant: cadit asinus, & rem omnes eum subleuare festinant: sed clamat in*

Tormentis fidelis, & non est qui respondat: ecce vestra humanitas, fratres. o rem deplorandam ac crudelitatem inauditam?

Magna quidem fratrum Iosephi crudelitas fuit, quando exaudito eius eiulatu, & lamentis esterna, in quam cum deiecerant, nullus illi succurere suffinuit, sed surdis glamo'res eius auribus exceperunt, quod Ruben ijs deinde in mente reuocans magno conscientia remo' suill s' exprobrauit: Merito hac patimur, quia peccatum in fratrem nostrum, videntes angustias anima illius, dum deprecavimus nos, & non audiuius. Sed maior multo nbi credite, fidelium est inhumanitas, qui viso fratre suo germano in purgatoriis & sternam deiectos, ac tantum non sepultos, opem illorum quam enixissime populare, non minus ad commiserationem existentur?

Amos 6. *Quam si dura fides, aut flet Marpesia cautes.*
Hanc portio mortuorum conceptus suggestus Propheta Amos, dicens: Bibentes vinum in phialis, & optimo tempore delubuti, & nihil parturbant super contritionem Ioseph.

Quam iniqui autem nostri hisce temporibus, tuas, o Propheta, querimonias iterare possumus: quot enim hodie reperiit eti filios, qui defunctorum parentum opes, & diuitias dilapidantes, genitos quotdie indulgentes, de eorum suppliciis ne minimū quidē solliciti sunt, ac vi x viiā amplius eorum memoriā confunduntur: o tantum abesi sepe, ut Deo pro confundenti salute supplicant, vi testamento atq; vīsimam voluntatem nonunquam etiam completere negligant. O impietatem inauditam! o barbaram crudelitatem! o patres infelices, qui tam voracibus & immunitibus lupis opes vestras reliquistis!

Hereticorum modernorum crudelitas. Rabies porro & crudelitas nostri temporis hereticorum infinitis etiam partibus, maior est; omnēq; crudelitatis & inhumanitatis terminos excedit, defunctis enim bellum indentes, corpora eorum honore priuant sepulchrali, animas autem fidelium suffragijs o barbaros & sanguinarios, o commenatus diaboli.

Lib. 41. *o homines minime homines, sed inhumanos, brutos, stupidos, & ad gemititos mo-*

Lib. 4. in viri ymbi. *res inclinantes, o hygeticos, nostri tēpōis procellas, religionis fulmina, tarraro' genitatis fūrias! quid, simileme esse vultis Parthis, qui*

bus, vt reser' Iustinus, solēne fuit mortuos canib; obiscere, caninoq; in ventre ijs sepulchru condere? Imitari vultis Peones, qui mortuorum cadaueja in minuta frustra cōcidebant atq; ita in profluentē deijs: bāt, vt a p'se bus & monstros marinis deuorātur, vt scribit Laertius? Sequimini Colchios, qui cadauleo insula ex arborib; suspedebant, vt vultures & aquile, & quidquid autū ad prædā natū est ea deuorarent, teste Aeliano: An inistis vestigis Arabū, qui vt è Strabone discimus, defunctorum corpora, etiā Regum & Principum in summo ac cōceno componunt, clausaq; ijs & forticas tumulorum loco assignant? An verò Massagetas & mulabimini, qui p'ea, qua erant barbarie & inumanitate mortuorū carnes sibi in eduliu parabant, parataq; deuorabant, vt ex opere Alexandri ab Alexander colligere est.

Et sane insensata hæc ingenia, inimici hi Dei & Sanctorū in manus, in mortuorum honestis, & ou illi Euāgelici, p'se do prophētā Lib. 4. alii, & sacrificuli idoli, quod est ipsa H̄ybris, de illo sūt numero, de quibus oīm locutus est Sapiens. Et crunt posse hæc detestētes sine honorē, & in contumelia inter mortuos in perpetuū, & memoria illorū peribit; nullū quippe relinquent Epitaphiū nullos honores lepuichiales, nullas fundationes aut in p'os v'is legata quibus nomen eorū possit eris innoscet, & pauperes atq; alij occasionem habeant pro eorum animabus D' B o supplicand.

Quid porro necesse est pluribus veritatem prophetę chirurū ostendere, cum ipsa nos quotidiana doceat experientia, re ita, vi diximus, se habere atq; ita per vniuersum orbem inualuisse cōfiter, ac p'resenter ijs in locis, in quibus in felix illum h̄ere' eos lolum, & tristis errorum in religione Palures inter bona segetem inustus excrescit. Haereticorum nāque sepultura infamis est, maximo cum decoro coniuncta, neque n. maior apud eos mortuo corpori, quod anima dom' cilium, ac receptaculum est splendidum, & magnificum, habetur reverentia quam cadasuētū, nec major anima eiusque statu, aut periculi quod ei in altero orbe subeundum est, habebut ratio, quam aut asini, aut putidi canis. O pudor, o infamia, o dedecus, intolerabilis! Quid videmus in haeretici exequijs, ac pompa

pompa funebri aliud, quam cohortes aliquot militum integros cum insignibus manipulos & hæc res iuribus instructos: ut magis maleficius quicquam ad supplicium duci, quam defuncti corpus ad tumulum deferri videatur. Bene: igitur dixit sapiens: *Et erunt post haec decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos.*

Quid? nonne in urbibus nostris maritimis, si Angliam quempiam aut Belgiam in portibus mori contingat, bombardæ & tormenta bellica horrendo boato remagunt, de precibus pro mortuo effundendis, nulla penitus sit mentio illæ: similius fons exequiarum mortuis peragunt, illa sunt iusta, quæ persolvunt: haec sunt apud eos officium defunctorum: & sanè fumus illo & strepitu animas, non dico ad celos, sed ad inferos rectâ deduntur. Annon igitur sepulchra haec infamis est, & exequia quales bestiarum, & quales Deus olim per Prophetam Iohannem impi regi intentauit: *sepulchra asini sepelietur: & quales impiorum sepulchrae fore auguratus est sapiens: Et erunt post haec decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos?*

Lutherani vero & ministri Anglici cum perspicerent, quantam haec sepeliendi ratio infamiam secum trahat, mitius & benignius multò cum mortuis agnat. Psalmos enim in eorum funere decantant, funebri eos oratione cohonestant & epitaphia iisdem erigunt. Et sanè nouit vnuersa haec Gallia, quanto honore & ceremonia, quantaque solennitate, Elisabetha Angliae & Hibernia reginae, nuperinde defunctæ corpus deductum sit: decadentibus id nimis rum totius regni proceribus atque omnium Ecclesiarum Episcopis, superpelicia & pluvialis splendida inducis, & defunctorum officium ac varios pro mortuis psalmos decantantibus In hac pœnœ deducunt one ducentæ virgines spectabantur, albis induitæ vestibus, & albis caput cooperata pepitis, ac velas, que cingulo tenuis dependebat: ha pro defunctæ regine anima Deum exorabant, quas Principes & Magnates ac publici ministri, atris induiti, & ybertim lacrymantes proque Principis sue anima supplicant, sequebantur, qui nisi animæ haec omnia saluti plutinum conducere credidissent, nunquā hoc schemate & pompa corpus ad tumulum

cessulissent, siue et alioqui ingenti Principem faminam ludibrio exponere.

Ipsi quin etiam Calvinista, qui tam crudeliter modo in cœmiteria nostra defœuerunt, & velut furia quedam infiriales, magna mortuorum contumelia, in loca sacra & offæ Sanctorum, magno crudelitatis exemplo grafsantur, cum libi post mortem non maiorem hono: em quam equo & mulo, quibus non est intellectus, a suis exhiberi cernerent, in conuentu quodam Ministeriorum quem Genevæ an. M.D LXXII. indixerunt, inter ceteros synodi articulos statuerunt, ut pro mortuis preces effunderentur. Sed laudabile hoc institutum Calvinistica quadam vafratice & astu obliteratum, & penituserasum fuit, ne quam cum Papistis fortulan in sacris ritibus similitudinem induerent. An non igitur in ea quædam malitia est, ne dicam, velania, mortuis bellum indicere, & instar spumantium ac rabidorum canum lapides sepulchrales vesano dentem præmordere:

Aliud longe magis admirandum audite, *Ratio. 10.*

Inelytus ille Martyr Edmundus Campianus, Socieratus Iesu, nobilis de nobili truncu surculis, ac seculi nostri decus & columen, in suis ad Oxonienses Academicos rat: omnibus, quibus eos ad disputationis certamen provocauit, & quibus Religionem Catholicam assertum, ac propugnatam iuri, ait magnum Turcarum Imperatorem, totius Christianitatis calamitatem, cum de novo illo Antichristo Lurhero, deque eius erroribus, quos in Germania diffundebat, inaudiueret (inter quos erat & purgatorij negotio, precum pro defunctis effularum inutilitas) magnificis eum litteris compellasse, suumque ei obsequium obulisse, adeo ut quæcumque occasione oblata auxilium se ei latetur, sponderit. M. humetanus ecce tyranus suum pseudo-prophetæ haie obsequium desert: cum seiret, per exercitorum eiusdem doginatum promulgatione maiorem sibi ad Christianorum regiones ferio flammaq; vastandas adiutum, quam quingentorum milium hominum robore reteratum tri. quamobrem summas ei gratias ab turbas concitatas agebat, ac si qua re & auxilio in posterum indigeret, ei suo se obsequio ad futurum pollicitus est.

Nos vero Catholicæ Nouatorum horum
Ooooo 3 consue-

consuetudine & vafrictiem exosi, Sanctos invocamus, imagines eorum dedicamus, mortuos honore afficimus, animatum eorundem recordamur, nostrisque eos precibus, quantum in nobis est, adiuuamus? Et quoniam nos filios Sanctorum appellamus, quo olim Tobias nomine suam cognitionem commendauit, ideo quoque par est, ut maiores nostros imitemur: nam cum Patres nostri, sanctissimi viri fuerint, pietate & religione insignes, consentaneum etiam est, ne filii ab eorum virtute & meritis aliqua ratione degeneres existant: cumque illi tam benignos se erga mortuos praebuerint, tanto reliquias eorum honore coluerint, proq[ue] eorum animabus tanto affectu orauerint, equum est, nos ad imitationem eorum accendi, magnum erga defunctos affectum ostendere, semperque in eorum fauorem sacra haec verba iterare: *Requiem eternam dona eis Domine, lux perpetua luceat eis.*

Trees in mundo religiones capitales, quae omnes pro mortuis Deo supplicant. Iudei pro defunctis orant.

Porrò oratiuncula hæc sancta est, benè & recte instituta, ac magnam pietatem spirat, semperque apud omnes, qui unum se adorare Deum, veramq[ue] religionem amplecti profitebantur, in yisu exstirxit. Et cum non nisi tres in orbe vniuerso religiones reperiuntur, qua veluti cateruarum principes ac magistræ sunt, & in unum Deum credunt, Iudaica, Mahometana, & Catholica; hæc tamen omnes Purgatorium aliquod esse credunt, de mortuis pie ac laudabiliter sentiunt, proque eorum animabus Deum quotidie deprecantur.

Iudei enim, qui legem suam infrastant & integrant adhuc custodierunt, quotidie pro defunctis Deo supplicant, nam cum eos sacrificijs adiuuare nequeant, que nonnisi in templo Salomonis, quod in aduentu Messiae tandem aliquando restaurandum putant, perageat liceat, varias precandi formulas in hunc usum concinnarunt, ita ut eorum Mahosor, qui ijs instar Breuiarij cuiusdam est, in quo variae preces continentur, orationibus pro defunctis effundi solitis scateat. Deinde & hoc ijs solemne est, cum aliquis eorum in extremo vitae articulo constitutus est, lectum eius frequentes circumstant, magnoque eu obseruant affectu, ut ita in altero orbe cum fuerit

sodalium suorum memor existat, ut ipsi eum hic in terra memores futuri sunt: enique efflagitant, vt, cum in alteram vitam veniret, Messiam roget venire in mundum, ne differat, sed aduentum suum maturet.

Turcae autem in hoc iudeis adhuc religiosores sunt & accuratores: cum enim creditur, animas mortalius post hanc vitam monos purgandas, pro mortuis preces fundunt, de reuerenter ijsdem non nisi reuerenter admodum loquuntur, eorumque memoriam celebrant: adeo ut sex quotidie lampadum millia ante pseudo-prophecia Mahometi tumulum in ciuitate Mechie accensa collueant.

Christians vero pro mortuis preces effundere, notius est, quam ut pluribus verbis explicari debeat. Nam quocunque demum Item Clavis. loco ijs reperiantur, Catholici sint, vel schismati-

catici, defunctorum tamen memoriam celebant: Græcis Constantinopoli, Aethiopes Prete-Ianne, Abyssini, & Maronitæ in Ori-

ente, Chinenses apud Antipodes, atque adeo per vniuersum terrarum orbem, quo Christianorum nomen penetravit, Purgatorijs quoque fides viget, ac pro defunctis preces in diei solent. Solus Caluinista degener ac spu: Quid vereius sanctæ huic coniunctudini repugnat. In res Ethnico

quo ipsi cum Ethnici superarunt, qui se bene- ci de mo-

gnos & pios erga mortuos eorumque reliquias, longe secus quam heretici, praebuerunt. Quin ipse Cicerio, fidei licet lumine destitutus, scribere non erubuit, primum ad pietatem gradum esse, eorum qui ante nos vi- xere reminisci, eorumque memoriam integrum seruare, quia iam dudum tributum, ad quod ipsa nos mors obligat, persoluerunt: adeo ut non solum ille impius ac nefandus & naturæ aduersarius habetur, qui corpori defuncti, debitum officium ac honorē negaret, verum etiam qui animæ. Ipse quoque Philo. In Probl. sophorum omnium caput Arisototeles ijsdem insistens vestigij, æquius esset ait mortuis quam viuentibus auxiliari. O apophthegma- ta aurea, ac Christianis semper recordanda! Ethnicus ecce de mortuis nos reuerenter loqui vult, & hereticus ijsdem bellum indicit. O tempora! o mores! o saeculi labem!

Ijsdem ipsi Ethnici etiam immanitate bar- batii

bari & feritate inculti, tanto semper defun-

tos corumque ex hoc mundo emigrationem honore prosecuti sunt, ut mirer, hæreticos historias & gesta veterum legentes non eru-

bescere. Lycurgus quippe Lacedæmoniorum

legislator sanxit, vt mortui cum oleæ ramis

ad sepulchrum deferrentur: vi edoceret nos,

mortuis honorem esse exhibendum, ac misericordiam, cuius oliua symbolum est, otten-

dendam.

non sufficerit ei totum exercitum atris induitum spectasse, nisi & vibi, in qua ille exspirasset, muros quodammodo der-

deret, & equorum iubas in signum luctus de-

tonderet.

Græcis quoque non cessere Romani, vt

nimirum è funere lunij Bruti manifestum

redditur; Brui inquam, qui virtutæ suæ pericu-

platav. tib. patriam in libertatem afferuerat, ac du-

ro Tarquiniorum eam imperio liberaratur. *Halicarn.*

Hic enim cum fato concessisset, totius, po-

lib s. 1. puli ac senatus humeris, magno cum honore

in forum delatus est, & funebri omnium

primus oratione cohonestatus, qui mos de-

inde Romæ inualuit, ac mox ad alias natio-

nes, sed ad Christianorum præsertim ex-

equias celebrandas, dimanauit, vt nimirum ex

oratione S. Ambrosij in exequijs Magni

Theod. videtur est.

Refert apud Diodorum Siculum, Cresias

historicus Macrobios Aethiopæ populos de-

functorum statuas ex auro vel argento, vel

ligno erigere consueuisse, vt eorum ita me-

moriam, vasa statua, in animo semper con-

seruarent. His vero statuis quæ intus excau-

te erant, defunctorum cineres includebantur;

is vero qui defunctis sanguine erat proximus,

eadē domū deferebat, qui eadē deinde vitro

peliucido includebat, vt melius fortinsecus

videri possent, ceteri vero affines iisdem sta-

tuis frugum fumarum primitias atque alia plu-

rima sacrificia quotannis offerebant.

Maior adhuc erat Galatarum erga mor-

tuos cultus, ne dicam superstitione: quamprimum

enim ut aliquis inter eos exspirasset,

varias ad eum litteras & scripta destinabant,

qua deinde ipso sepulturę dievnam cum cor-

poce cremabant; credebat namque eadem

a mortuis in altero mundo legi. Erat, fate-

or, hæc mera superstitione: sed ea tamen quam

proxime ad sanctam Christianorum confuc-

tudinem & ceremonias accedit; hi enim ha-

runt chartularum loco preces iisdem offe-

runt, quarum efficaciam ac robur eas experi-

ri certo certius credunt.

Græci hac in cæteris gentibus haud

extiterè negligentiores. Alexander namque

Macedo, Hephaestoni amicorum in-

tegerimo extincto tam splendidas ex-

equias adornauit, vt ipsa etiam anima-

lia partibus suis non defuerint: ita vt

non sufficerit ei totum exercitum atris

indutum spectasse, nisi & vibi, in qua

ille exspirasset, muros quodammodo der-

deret, & equorum iubas in signum luctus de-

tonderet.

Græcis quoque non cessere Romani, vt

nimirum è funere lunij Bruti manifestum

redditur; Brui inquam, qui virtutæ suæ pericu-

platav. tib. patriam in libertatem afferuerat, ac du-

ro Tarquiniorum eam imperio liberaratur. *Halicarn.*

Hic enim cum fato concessisset, totius, po-

lib s. 1. puli ac senatus humeris, magno cum honore

in forum delatus est, & funebri omnium

primus oratione cohonestatus, qui mos de-

inde Romæ inualuit, ac mox ad alias natio-

nes, sed ad Christianorum præsertim ex-

equias celebrandas, dimanauit, vt nimirum ex

oratione S. Ambrosij in exequijs Magni

Theod. videtur est.

Vide et igitur, vt omnes orbis nationes

etiam Larbaræ defunctorum memoriam ce-

lebrarent; & soli, prô pudor! Calvinistæ es-

dem insectant, preces pro iisdem negant,

sepulchia exhibant, & nulla erga defunctoros

misericordia tanguntur. O crudelitatem in-

tolerabilem! Audite vt & in sacris literis se-

pultura dignitas extollatur. Inter ceteros e-

nim quos Messia venturo tribuit Isaïas ho-

nores, ait sepulchrum eius fore gloriosum, &

magnificientia eximium: *Erit sepulchrum eius*

gloriosum: quod lxx. Interpretes verterunt: Isai. 44.

Et erit requies eius honor. & Hier. Hebraicum

textum fecutus: *Et erit sepulchrum eius gloria*

& quibus omnibus vnu hoc efficitur Christus

magnificè & gloriosè sepeliendum. Ipse e-

nim qui toto virtutæ suæ tempore omnia sub-

limia, diuitias, honores & delicias contemp-

serat, ipsum honorem qui mortuis impen-

ditur, & honestam sepulturam noluit negligi-

re: sui porro ipsa gloria, siquaque vnuquam

cum varia in eam vnguenta & aromata, id-

que per foeminas pias, impensa sint. Quis i-

gitur credat, Deus v. M., qui tantos honores &

tam gloriosum filio suo sepulchrum de-

finiarat, eosdem fidelibus nolle im-

pendi; fierine potest eum in deteri-

orem partem interpretari, si pro eorum ani-

marum requie preces fundantur, & sac-

ificia propitiaria offerantur (an pu-

tabimus eum offendit si solitam illam

bene

bene apprecaudi formulam s̄p̄ius in purgandorum auxilium. repetamus: *Requiem eternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis.* Nequaquam. Sed eodem, nos intutus dilectissima eius sponsa Ecclesia atque hoc ipsum enixissimè miseri illi captiuū à nobis efflagitant: hoc unum hodierna die maximopere à nobis postulant; huius rei ergo in nos oculos coniuncti, & eam se impetraturos penitus confidunt. Nulla quippe toto anno dics illis illuc optatio, & nulla festina. Hodie namque exultant & lætantur, cum preces nostras aliquid habuissent pondus sentiunt, ut hi quidem pœnis omnino liberati ad æternam requiem euolent; illi vero aliquid saltem tormentorum leuamen sentiant. Huc resperisse mihi visus est David vates cum dicere: *Auditui meo dabis gaudium & latitiam, & exultabunt ossa humiliata.* scio quidem hoc non minus de resurrectione generali in qua mortuorum corpora, ad Angelicæ tubæ cägorem, qua ad iudicium ac deinde ad gloriam euocabuntur sepulchris, immortalitatis & gaudij gloria rutilantia egredientur, posse intelligi. Sed alio sensu & quidem mystico de animabus Purgatorio decentis intelligimus, quæ auditis hodie precibus in earum fauorem effusis mirum in modum exultant magnōq; iubilo perfunduntur: eas autem elegantiter per ossa humiliata designari existimo, quæ nimirum toties coram diuina maiestate sese humiliarunt.

Et bene, mea sententia, ait ossa humiliata & non caro. Peccatores enim carnales nimis homines, qui carnis delicias semper confessati sunt, eamque nimis tenere souendo ad tartari Abyssum deuoluti, ad preces Ecclesie non exultant cum eius suffragia illis nequeant pròdēsse. Sed sola ossa, homines inquit sancti ac mundi contemptores, qui in vasta quadam solitudine pœnitentiā agentes (Antonios, Paulos, Hilarius, Macarios intelligo) ipsi mundo adeo exsucci videbantur, vt præ macie ex inedia contracta, exsanguia quadam, ossa & emedullata cadavera viderentur. Deinde ait, ossa humiliata, qui soli humiles, dura inquam illa ac solida ossa, & heroica quadam constantia & virtutibus affirmata, qui nimirum toties genua coram diuinæ maiestatis oculis curvâ-

runt, in altero mūdo recreari merentur; non verò ossa illa superbia & ambitione turgentia, qui sc̄e numquam sub potenti Dei manu humiliare, aut submisse de se p̄sis sapere voluerunt.

Dicuntur Elephanti, vasta illa animalia, quod eorum crura ex uno tantum constant offe, sine illo nodo, aut articulo, quicq; numquam crura incurvant, cum semel ad terram prostrati fuerint, non posse se rursus in pedes erigere, atque ita facile in venantium potestatem concedere. Ast alia animalia, que exquis costant ossiculis, ac varias habet in cruribus vertebras, easq; que flexibiles, licet ad terram concordant, leui se negotio iterum subrigunt, seque in fugam coniuncti. Idipsum mihi de damnatis hic dicere licet: eos nimis cum instar brutorum Elephantorū hoc in mundo vixerint, ossa & latera continua inarticulataque habentes: & numquam genua flectere, & ferreum magni Iudicis legibus submittente cor voluerint, si fener ad inferos precipites ruant, numquam deinde amplius ad vitam posse resurgere. Sed humiles illos electos, de quibus in Euangeliō dicitur: *Sanctis parvulos venire ad me,* qui nimis toties corpus & ossa ad Dei obsequium incurvabant, quique se toties coram maiestate eius humiliabant, licet ad purgatorium usque deciderint, facili negotio posse resurgere, & ad precium nostiarum auditum, magna lætitia & exultatione, iuxta Prophetæ verba: *Ex Psal. 50. ultabunt ossa humiliata,* perfundenda.

Hinc factum est, vt veteres illi Patriarchæ semper iuxta Ierosolymam, aut saltem in Palestina sepeliri voluerint: spiritu namque Propheticō augurabantur fore, vt post templi illius splendidi extictionem, sacrificia ibidem ac preces pro mortuis Deo offerrentur: itque id ē haud procul à ciuitate sancta Ierusalem humari cupiebant, vt scilicet ossa eorum, preces quodammodo audiendo, & Sacrificiorum nidorum odorando, ad meritorum participationem exultarent. Ne verò me existimetis fabulas aut nugas vendere, inspicite cap. 50. Genes. & videbitis Patriarcham Joseph lecto ad mortem vsq; affixum enixe à fratribus postulanten, diligenter vt sui corporis à morte rationem haberent, neue ossa sua in Aegypto idolatria infami,

& in

& in qua nulla mortuorum habebatur ratio, sinerent putrefactare, sed secum eadem in terram Chanaan aportarent, in qua tot pro iisdem sacrificia, & victimar immolari, tot aliquando orationes fundi debebant.

Quamobrem Christiani, virū hoc nostū hodie ac toto vitæ tempore sit studium, pro fidelibus defunctis feruentissime ad Deū precēs effundere, eorumq; nullo nō reporte memoriā facere. Moneant nos obsecro tormenta & supplicia quibus excruciantur, vt querimoniis eorum aures accommodemus, eorum necessitatibus subueniamus, & re ipsā iam ostēdamus, quo eos olim amore, quo affectu fuerimus prosecuti. Marcus Tullius tribus potissimum de causis nos à Deo cōditos affectit: *Non solum enim, inquit, nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria, parentes partem sibi amici vendicant: amici quidem vt diligentur; parentes, vt colantur, patria vero, vt ab hostiū in uestitu defendatur.*

Idem mihi quoq; defunctorum memoriam dicere non licet: & sanè si parodice eadem verba exprefiero, sanctius multò & melius m̄ hi videor conclusus: *Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem Ecclesia, partem Sancti, partem sibi morsui vendicant: Ecclesia quidem, quod nostra vera sit patria, Sancti quod parentum nobis loco sunt; mortuū denique, quod instar amicorum habendi, quodque nostras hodie preces etiam atq; etiam implorent. Igū quantum in nobis est, eos adiuuemus, ac diunam misericordiam sollicitius pro iisdem exoremus, vt nimis eorum misereatur, pœnas minuat, temponis spatiū abbreviet, nostras orationes eoruū, querimontias & lacrymas non respuat, deniq; cas acribus purgatoriū flāmis eripiat. Quod obrem toto vitæ tempore semper pro iisdem Dominum inuocemus, dilecentes: Requiem aeternam dona eis Domine, Glux perpetua luceat eis.*

Et sanè o pater misericordiarum, & totius consolationis Deus, viuorum ac mortuorum iudex æquissime, supplices te hodierna die deprecamur, vt captiuarum illarū virginum lamenta, suspiria, clamores, lacrymas benignus exaudiatis: ac tristes creaturarum tuarum genitus attendatis, quae iam à tot annis, tamque grauitate, & tam atrocibus apud inferos

Supplement. Bessai.

in iustitia tua carceribus supplicijs excruciantur. Noli quādo clementissime ac benignissime Deus aures eorum questibus occulere, qui noctes & dies de profundis terræ visceribus ad te inclamat, ita namque formē eorū describens Psalmographus ait: *De profundis clamaui ad te Domine, exaudi orationem meam;* *Psal. 129.*

Fiant aves tue intendentis in vocem deprecationis mea. Quare age fidelium omnium conditor, corumque animarum redemptor, misericordiam & gratiam illis impetrare, & veniam misericordissimā pietatis tue omnia illorum peccata extingue, & universalem omnium illis delictorum veniam concede, vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur: & tetricis illis carceribus egredientes libertatis æternæ compotes efficiantur, ac rectā ad beatorum gloriam & requiem sempiternam, quam ipse beatitudinis status secum trahit, perueniant: ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus perducere dignen-

IN FESTO S. MARCELLI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Potest esse commune de Episcopo aut Confessore quocunque.

Partitio.

- I. *Quæ dues sint doles Episcopales,*
- II. *De doctrina Episcopali,*
- III. *De vita ac virtute Episcopali,*
- IV. *De dictorum omissione Episcopali.*

Ecce Sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. Eccl. 44.

FIGURA.

In ter cæteros quos Romana Respubl. tulit viros virtute & rerum gestarum gloria insignes ac bello & pace nobiles, non postremum, meo quidem iudicio, locum obtinet magnus ille Marcellus, qui Hanibalem Italæ

Plutarch.
in Marcel-
lo.

P P P P incum-